

Sammelband von Dina



U. g. 1975

DISPUTATIO I.
DE HAEREDITA-
TIBVS QVAE AB IN-
TESTATO DEFE-

RVNTVR.

Ex tit. 1. 2. 3. cum seqq. usq. ad tit. 13.

*de obligat. Lib. 3. Institut. & Coincident ib. Iuris locis
desumpta*

QVAM

DEO BENE IVVANTE

PRÆSIDE

Nobilissimo, Consultiss. & Ampliss. Viro

D. N. ARNOLDO DE REYGER,

I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA

Academia publico Pandectarum

Professore

Privati exercitij causa disputabit ad Diem

5. Ian. loco consueto.

IOHANNES SOLVVE-

DEL N. F. Stendal.


Marchicus.

*Callida & malitiosa iuris interpretatio à bo-
no viro aliena esse debet.*

IENAE

Ex typographéo Tobia Steinmanni.

ANNO MDCCCXCV.



PRVDENTIA RERV MVL-
TIPlici, ET VIRTVTIS LAVDE PRAESTANTISSI-
simo Viro, Dn. BENEDICTO Casseni Reipub.
Stendaliensis Contuli vigilan-
tissimo,

A C

INTEGRIMO VIRO, DO-
ctrina, & prudentia conspicuo Dn. IOHANNI
SOLUUEDEL, eiusdem Reipub. Sten-
dal. Senatori

Illi avunculo : Huic patruo suis
omni observantia colendis

*In debita observantia testimonium & Salani-
orum exercitiorum monumentum
dedicat, & mittit*

Iohannes Soluedel.





Continuatio.

CUm huc usq; de hæreditate ex Testamento delata dictum sit, reliquum est, ut paucis etiam de ea, quæ ex sola lege, ideoq; **LEGITIMA** dicta, defertur, agamus *a.*

a §. fin. §. per quas perso: cuiq; acquir. l. quamdiu 89. de R. I. §. cum aut. 7. h. t. §. proximus 6. de legit. agnat. success.

T H E S I S I.

EST autem legitima hæreditas, quæ Iure legitimo, ab intestato defertur *b, c.* eodemq; sensu & **IURA** dicta *c.*

b l. 1. de suis & legit. c. l. ea vero 3. §. de illo. Pro socio.

2.
Hæc verò testamentariæ successione spe durante, non rectè vindicatur, cum non nisi defuncto intestato obveniat *d.*

d l. antequam 8. C. Comm. de success. d. l. quamdiu 89. de R. I.

3.
Intestatus dicitur defunctus, qui aut omninò, aut non Iure testamentum fecit, aut si factum rumpitur, irritumve fit, aut ex eo nemo hæres existit *e.*

e in princ. de hæred. quæ ab intest. defer. d. l. 1. de suis & legit.

4.
Cum igitur ex testamento nulli succederent defuncto, lex certos successores illi destinavit, Verum

A 2 cum



cum hæc successiõnũ jura ab intestato essent confusa & imperfecta, ex parte etiam iniqua, IUSTIN ultima manu admota, certis limitibus omnia complexus in Novell. constituit f.

f. Præsertim in Novell. 118, per totum ut ex illis si quæ de successione incidat quæstio, quid iuris repetendum sit, & ad l. 12. tab. aut ad auxilium Prætoris, haud sit iam necesse.

5.
Ab intesto a. vocantur Descendentes, Ascendentes, Collaterales quibus adduntur Conjuges, & Fiscus, & Collegium g.

g. d. Nov. 118, in princ. Mynsing, d. princ. h. t. mihi. nu. 5. 9. 10. & ibid. Schneid. nu. 3.

6.
ET primo quidem descendentes, naturales & legitimi sine discrimine patriæ potestatis, cognationis & sexus, si pares sint in capita: si vero impares gradu, in stirpes b, & in infinitum succedunt i.

De succ. descend.
b. d. Nov. 118, cap. 1. §. 2. I. de hered. qual. & diff. §. emancipati §. pen. & ult. l. h. t. 1. Per text. d. §. ult. circ. fin. ibi. Et alias deinceps personas h. t. d. Nov. 118, cap. 1. vers. sic tamen: ibi aut alios descendentes.

7.
Hi enim parentibus non tantum in bonis allodialibus, verum etiam feudalibus succedunt r.

k. c. un. Si de feud. def. ncti cont. fuer.

8.
Non tamen omnes simul, sed prior in gradu posteriorem excludit l. Nî, si qui gradu posterior est, iure representationis patrem representat m.

l. §. sin aut. 2. Vers. ita demum l. h. t. m. §. cum filius 6. d. tit. d. Nov. 118, cap. 1. in pr.

9.
Descendentes legitimi adoptivi quamdiu sunt in potestate adoptantis, in jus eiusdem succedunt n.
Arrogati

Arrogati verò & emancipati ad minimum in quarta arrogantium admittuntur. o.

n §. sed ea omnia 14. h. t. §. sed hodie 2. j. de adopt. l. cum in adoptivis 10. vers. ideo talem dubitat. C. eod. o §. Cum autem 3. vers. sed etsi 1. de adopt. l. si arrogator. 2. 2. in fin. ff. eod.

10.

Sed an isti, dum sint in potestate adoptantis etiam ad successionem patris naturalis admittantur, quæri solet? Putamus certè. p.

p Nov. 118. c. 1. in fin. ibi sive sub potestate constituti & c. 4. e. iudem, vers. sed in omnibus success. & in Auth. In successionem, ibi non distinguendo. C. de suis & legit. Dn. Borch. de Grad. in fin. c. de succes. legit. mihi fol. 189.

11.

Hi tamen in feudalibus non succedunt q, ut nec regulariter foeminae r.

q c. un. §. adoptatus. Si de feud. defunct. cont. fuer. int. dom. & agn. Vasall. 2c. un. §. hoc autem, de his, qui feud. dar. poss.

12.

Legitimati per subsequens matrimonium, Rescripto principis, & Oblatione Curia, cum pro veris & legitimis liberis habeantur, & legitimatione vitium natalium purgetur s, non aliter atque nati ex matrimonio justo succedunt. t.

f Auth. quib. mod. nat. eff. sui, & §. fin. 5. de nupt. l. 5. 6. 7. C. de nat. lib. t. C. tanta. ex. qui fil. sunt leg. Nov. 74. l. imperialis 23. C. de nup. Quod in allodialibus indistinctè, in feudalibus distinctè procedit.

13.

In naturalibus, quos vulgo Bastardos vocamus, primi gradus: Reliqui enim non admittuntur, videntur, an quærat de successione patris, an verò matris. Et matri quidem, alijsq; ascendentibus in linea materna, perinde ac si nati ex legitimis nuptijs succedunt, sive soli sint, sive una cum legitimis ex Scto Orficiano. u.

A 3

u §. pen.

u § pen. 1. ad S. C. Orficianum. Dn. Borch. de Gradibus. C. de success. nat. lib.

14.

Patri autem naturali succedunt ab intestato in duabus tantum uncis, quas vel soli, vel una cum matre naturali capiunt. x.

x *Auth. licet patri sine legitima C. de nat. lib.*

15.

Hoc tamen intelligendum est in casu legitimorum non existentium, vel uxoris justæ. Si enim liberi legitimi vel uxor justa extant, nihil habebunt, alendi tamen ab illis pro substantiæ mensura à bono viro arbitrata. y.

y *Nov. 89. c. 12. §. 4. Auth. licet; iuncta gl. in verb. coniunx C. de nat. lib.*

16.

Spurij à patre quidem nihil accipiunt z, sed matri & aviæ maternæ tantum succedunt unâ cum reliquis liberis, in tantum, ut ab ea præteriti habeant querelam inofficiosi testamenti, si modo non sit illustris, & legitimam sobolem habeat. a.

z *l. humanitatis 8. C. de nat. lib. §. novissime 3. l. de S. C. Orfic. Myns. cent. 1. obs. 35. Cuiac. 5. obs. c. 6. a l. si suspecta 29. §. 1. de inoffic. test. l. si qua 5. C. ad S. C. Orfic.*

17.

Incestuosi & nefarij nequidem ad minimam parentum successionem admittuntur, ut qui non alimentis digni judicantur. b.

b *Auth. ex complexu C. de incest. & inutil. nupt. Nov. 74. C. ult. Nov. 89. C. ult. vers. primum itaq.*

18.

Ordine naturæ turbato veniunt secundo loco ad
2. De succ. successionem ascendentes, omnibus exclusis trans-
ascendent. versalibus, exceptis tantum fratribus & sororibus
defuncto

defuncto ex utroque latere conjunctis, & horum, harumve filijs. At illi in capita; Hi verò in stirpes. c.

c. Nov. 118. c. 2. in pr. Nov. 127.

19.

Vtrum verò pater & mater nullis extantibus fratribus, & sororibus, nec ex utrisque nepotibus æqualiter ad filij successionem admittantur? An autem patri bona, quæ à patre, vel causa patris, & matri, quæ à matre vel causa matris habuit, deferuntur, omni re-
lorum genere defatigata oritur quæstio? Rejecta bonorum distinctione, illos reliquosq; ascendentes æqualiter in bona omnia succedere cum Myns. defendere conabimur, salvo aliorum iudicio d.

d. vid. Auth. defuncto C. ad Sctum Tertull. Myns. cent. 6. obs. 55. per Nov. 118. c. 2. ibi ex æquo inter eos hereditas dividatur. Schnei. in 2. ordine success. nu. 8. cum seqq. Diss. Bar. in l. quod scitis. 3. §. sin autem. C. de bona. que lib. & in Auth. itaq; C. Comm. de success. l. de emancipatis 13. §. fina. C. de legit. hered.

20.

Non extantibus descendentibus & ascendentibus transversales vocantur, tam foeminae, quam masculi, tam agnati, quam cognati, tam emancipati, quam in potestate existentes n, & perinde in infinitum. f.

3. De succ. collateralat.

e. Nov. 118. c. 3. 4. f. Dn. Borch. de Gradib. C. de success. transvers. in fin. mibi sol. 243.

21.

Primi igitur ex his sunt fratres & sorores utrinque coniuncti, cumq; his horum harumve præmortuarum liberi, quorum illi in capita: Hi in stirpes. &

g. Nov. 127. c. 1.

22.

Hinc verò iam Gordio nodo intricatior immergitur quæstio: Quid iuris, si nulli sint defuncto fratres,

A 4 sed

sed tantum fratrum utriusque conjunctorum sibi superstitibus liberi? Hæc quaestio mirabiliter ab interpretibus agitata, magnisque testibus causa utriusque acta: Azo in capita succedere voluit: Bart. in stirpes. Tandem Carolus V. veluti Alexander in Comitibus Spirensibus Ann: 1529. hunc nodum dissecuit, & Azon sententiam, ut quæ iuri magis consentanea confirmavit.

Teste Myn. cent. 3. obs. 93. l. 1. in fin. si pars her. per l. 2. §. hæc hereditas de suis & legit. l. pen. in fin. C. de legit. hered.

23.

Hos sequuntur ex uno latere conjuncti fratres, eorumque liberi h.

h Nov. 118. c. 3. vers. his non extantibus Auth. post fratres C. de legit. hered.

24.

Adoptivi verò fratres sibi invicem succedunt, si ab ascendente fuerint adoptati. i.

i Schneid. in 3. ord. success. n. 41. per l. 23. de adopt.

25.

Porro naturales & spurij fratribus suis uterinis, non item incestuosi & nefarij k.

k §. vulgo quæsitos 4. l. de success. cognat. l. 2. vers. itaq; etiam vulgo l. 4. unde cognati Schneid. in 3. ord. succ. n. 44.

26.

Deniq; post hos reliquis transversalibus locus datur ad 10. usq; gradum, habita tamen proximitatis ratione l. prior n. gradu, potior est jure.

l Novell. 118. c. 3. §. 1. §. cæterum. 3. vers. ideo nos in plenum omnia. l. de legit. agnat. success.

27.

Nec his existentibus coniuges sibi invicem succedunt, si justum sit matrimonium, & usq; ad tempus mortis duraverit. m.

m l. unica, C. & ff. und. vir & vx.

4. De
success.
coniug.

Hinc

28.

Hinc quæri solet, an id etiam ad sponsum & sponsam nondum deductam in domum mariti extendi possit? Nos id summo jure negandum censemus n.

n C. qui desponsatam. C. non est dubium. & seq. c. decreta. c. cum institutum. cum 3. seqq. caus. 27. quest. 2. Sic stante statuto de lucro dotis in sponsa nondum ducta, licet de presenti, locum non habere traditum est, Schneid. ad G. fuerat. 29. nu. 108. Myns. cent. 6. obs. 78.

29.

At hodiè constitutionibus novissimis, si matrimonium est sine dote & antenuptiali donatione, & coniunx moriens dives, superstes inops fuerit, unà cum liberis communibus, vel alterutrius matrimonij in quadrantem si sint tres aut pauciores: Sin plures in virilem partem succedit o.

o Auth. præter C. undè vir & ux. Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 5. Borch. de gradib. c. de success. coniug. mibi sol. 246. in fin.

30.

Postremò superioribus omnibus deficientibus, ultimo loco bona defuncti legitimo herede destituta, tanquam vacantia transeunt ad Fiscum p.

p l. 1. 4. C. de bon. vacant.

31.

Nisi fortè defunctus certi alicuius collegij, cuius artem professus esset, membrum fuisset, quia hoc casu collegium excluderet fiscum q.

q Toto tit. C. de hered. decur. navic. &c.

32.

Bona etiam damnatorum seu proscriptorum non sunt lucro iudicibus aut eorum officijs, neque etiam fisco applicantur, sed adscendentibus & descendensibus & ex latere usq; ad tertium gradum, si supersint, & excepto crimine lesæ majestatis s. & heresicòs t.

r Auth.

Auth bona C. de bon. præscr. Cuius lib. 6 obs. cap. 23. §. 1. 5. ad l. u.
maiest. t. l. 15. C. de heret. & Man.

33.

Hiscæ quædam de iure prætorio & bonorum
possessione essent addenda. At parum cum habeant
utilitatis & recentioribus principum constitutionib.
sint emendata, ex quibus illæ ad hæreditatem veni-
unt personæ, quæ olim d. iure per bonorum posses-
sionem veniebant u,

u DD. ad l. fin. C. de leg. her. V. Ves. in Rubr. inst. de her. que
ab intest. defer.

34.

Certis tamen quibusdam casib. has duas bono-
rum possessiones UNDE LIBERI, & UNDE LEGITIMI
hodiè necessarias esse cum Dn. Mynsingero num de-
fendi possit, videbimus.

Ad § sed eas quidem nu. 4. & 5. I. de bon. possess.

Questiones.

I.

AN legitimati per subsequens matrimonium feu-
dorum sint capaces, quæritur? Et quamvis com-
munis affirmativam amplectatur, tamen in puncto iu-
ris verior videtur sententia, legitimatos omnes ex-
cludi, nisi expressè ad ea Rescripto principis legitima-
ti sint per quod sine distinctione loquitur.

c. un. §. naturales, Si de feud. def. con. fuer.

II.

An liberi per Rescriptum Principis legitimati
comprehendantur statuto foeminis masculis existen-
tibus naturalibus & legitimis excludente? 4. Ut &
quæri solet de liberis per subsequens matrimonium
legiti-

legitimatis b. Nos in hac affirmativè: in illa negativè
subscribimus.

a Borch. de grad. c. de success. lib. per Resc.
mibi fol. 195. in fin. Geil. 2. obs. 140. nu. 6. b
Geil. 2. obs. 141. nu. 1. Myns. cent. 3. obs. 26.
Borch. de grad. c. de success. lib. per subseq. mi-
hi fol. 191. in fin.

III.

Ultimo loco hæc occurrit quæstio. An frater
sumptus studiorum gratia, vel dignitatis nomine à
parente sibi subministratos fratribus suis conferre te-
neatur? Et non teneri adhibita distinctione respon-
debitur.

*l. si filiusfam. 4. l. qua pater. 50. C. & ff. Fam.
Erciscund. l. 1. §. sed an is quod 16. de Coll. bon.
l. alimenta 11. l. si pater. 15. C. de negot. gest.
Hart. Pistor. lib. 1. quæst. 19. per tot.*



AD



AD COGNATVM RESPONDEN-
TEM, CVM SVBVERERETVR HARVM PRI-
mitiarum Iuris editionem publicam.

*Q*uid dubitas, Cognate, an non sine principio
nil?

*Et Themidi fas est tempora prima dare.
Aude age, dimidium facti coepisse pu-
taris,*

Dimidium superest: Incipe & efficies.

Iohannes Kratz.

F I N I S



99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







DISPUTATIO I.
DE HAEREDITA-
TIBVSQVÆ AB IN-
TESTATO DEFE-
RVNTVR.

Ex tit. 1. 2. 3. cum seqq. usq. ad tit. 13.
de obligat. Lib. 3. Institut. & Coincidentib. Iuris locis
desumpta

QVAM
DEO BENE IVVANTE
PRÆSIDE
Nobilissimo, Consultis. & Amplis. Viro
D. N. ARNOLDO DE REYGER,
I. V. D. ET IN INCLYTA SALANA
Academia publico Pandectarum
Professore
Privati exercitij causa disputabit ad Diem
5. Jan. loco consueto.
IOHANNES SOLVVE-
DEL N. F. Stendal.
Marchicus.
Callida & malitiosa iuris interpretatio à bo-
no viro aliena esse debet.

I E N A E
Ex typographéo Tobia Steinmanni.
ANNO MDCCCXCV.

